

Mf 41.

(2)



8.

GREGORII M.
DE
JUDÆORUM
AD
CHRISTUM CONVERSIONE
DOCTRINÆ
HISTORIA:

COLLEGIT AC EDIDIT
D. JO. HENR. CALLENBERG
Theol. & Phil. Prof. Ord.

H A L Æ
In Typographia Instituti Judaici
MDCCLXXXIX.

GREGORII M.

JUDAICORUM

CHRISTUM CONVERSIONE

HISTORIA

D. JOHANNES CALLEBERG

R. A. E.

Wittenbergi

1610



XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX
* * * * *
* * * * *
* * * * *
XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

§. I.

EX sensu Gregorii M. Judæorum ad Christum conuersione hæc continentur. Luci divinæ animus illorum se aperit, pieque attendit; veritas, quam habet, docetque ecclesia, percipitur ex scripturæ sacræ sententiis, illis quoque, quibus mysticus inest

A 2

- Ad Christum conuersione, Operum ejus, Paris. 1705. editorum, tom. I. 971. a. 1153. 1154. a. b. 1155. a. c. d. 1158. c. 1294. d. 1295. a. tom. II. 734. a. tom. III. part. II. 8. d. 80. d.*
- Luci divinæ, tom. I. 865. b. 1158. c.*
- Se aperit. 971. a.*
- Pieque attendit. 1158.*
- Veritas, quam habet. 292. a. 1153. 1154. b. 1295. a. d. II. 525. a.*
- Scripturæ sacræ sententiis, I. 971. a.*



4 GREGORII M. DE JUDÆORUM

sensus ; patet, prophetarum effata spectare ad Christum, atque hic, potentia eius, & sacrosancta trinitas agnoscitur. Pristini tolluntur errores, nox mentis tenebrosissima, cæcitas, stultitia profligatur, pertinax fidei deseritur vacuitas, cadit superstitio. Fides concipitur in redemptorem, ac ejus quæritur tutela.

§. II.

Spectare ad Christum. 1295. e.

Atque hic. 62. c. d. 1154. b. d. 1158. d. 1295. d.

Potentia ejus. 865. b. 1158. c.

Sacrosancta trinitas. tom. III, part. II. 80. d.

Tolluntur errores. tom. II. 542.

Nox mentis. I. 292. a. II. 542.

Cæcitas. III. part. II. 80. d.

Stultitia. tom. I. 971. a.

Deseritur vacuitas. 1155. a.

Cadit superstitio. II. 542.

Fides concipitur. I. 657. a. 659. e. 865. b. 1155. c. 1294. d. 1295. b. e. 1532.

II. 562. b. III. part. II. 80. d.

Quæritur tutela. I. 1155. c.

§. II.

Orto iræ divinæ sensu, omnis excutitur torpor, vitæ veteris fit mutatio, nova progeneratur. Redemptoris accenditur amor, a servitute vitiositatis liberatur animus. Studet hic placere Domino suo, Christo, cumque, pro aliis oblationibus, virtutum exercitatione veneratur. In tractando codice sacro, postposita littera superna, mystico eloquio, quod ei subjacet, pascitur, quasi frugis medulla. In Christi discipulis nomen suum profiterur, quod hostiæ instar est; & in matrum ecclesiæ sinum se recipit.

A 3

§. III.

Iræ divinæ. tom. I. 1158. c.

Excutitur torpor. tom. II. 1154. d.

Vita veteris. II. 542.

Nova progeneratur. ibid.

Accenditur amor. III. part. II. 80. c. 81. a.

A servitute. tom. I. 1155. a. 1215. b.

Placere Domino. 1215. a.

Virtutum exercitatione. 1155. d. 1158. c.

Postposita littera. 1154. b. 1154. d. 1294. d.

Nomen suum. 1155. d. 1158. d. III. part. II. 81. a.

Ecclesiæ sinum. tom. I. 103. c. 292. b. 1153.

1158. c. 1159. a. II. 1226.

§. III.

Modum tentandæ judæorum emendationis istum Gregorius præscripsit: scilicet rationibus, mansuetudine & benignitate provocandos illos esse, ut audire nos velint, & a renitendi proposito avertantur. Dicit enim in psalmo quodam: *voluntarie sacrificabo tibi*; & in alio, *ex voluntate mea constitebor illi*. In conventu ipsorum frequenter, dulciter, suaviterque habendos esse sermones sacros, &, quod dicatur, divinarum scripturarum fœderis antiqui consensu probandum. Admonitionibus & suasionibus animos oportere accendi. Expedire quoque visum ei est, ut illis, qui se convertant ad JESUM CHRISTUM, pensionum promittatur imminutio. Addit:

fi res

Proposito avertantur. II. 525. a. 930. 1226.

Dicit enim. 930.

Sacrificabo tibi. psal. LIII. 8.

Constitebor illi. psal. XXVII. 7.

In conventu. tom. II. 525.

Sermones sacros. 525. b. 542. 1153.

Divinarum scripturarum. 525. 1226.

Admonitionibus & suasionibus. ibid.

Promittatur imminutio. 592. 734. 2.

AD CHRISTUM CONVERS. &c. 7

si rem ita agamus, non verendum esse, ne illi ad evomentum revertantur. *ib. IX.*

§. IV.

Contra, eodem monitore, cavendum est, ne ad austeritatem, quæ supra modum extendatur, expavescant judæi; ac ne adducantur inviti: minis, terriculis, vi abstinendum est. Adversus coactum hæc ab ipso profertur ratio: coactos remeare ad superstitionem pristinam; atque ita animarum, quas exitio velimus eripere, subsequi dispendia. Legitur in recentiori vitæ Gregorianæ descriptione narratiuncula: Gregorium, cum mansuetudine nihil profecisset, mente mutata, præcepisse, ut versantes in romanæ ecclesiæ possessionibus insectentur summopere, & tributis onerent. At sinistre argumentatus est scriptor.

§. V.

Episcopum hortatur Gregorius, ut curam habeat catechumenorum, frequenter accedat

Ad evomentum. 542.

Ad austeritatem. 525. b.

Adducantur inviti. 542. 930.

Minis, terriculis. 525. b.

Vi abstinendum. 542.

Subsequi dispendia. *ibid.*

Tributis onerent. tom. IV. 257.

8 GREGORII M. DE JUDEORUM

cedat ad eos, monitionibus animos inflammet, ipsis XL dierum pœnitentiam & abstinentiam indicat. Catechumenis pauperioribus sub baptismum, ecclesiæ sumtu, jussit parare vestem, profelytis autem succurrere, ne victus inopiam patiantur. His infidum prodentibus animum, Christianos sic solatus est: etiamsi profelyti minus fideliter in ecclesiæ societatem venerint, illos tamen, qui ex ipsis nascantur, fidiiores fore.

§. VI.

Credidit Gregorius, futuram esse Judæorum ad Christum conversionem, quos ecclesia jam nequeat doctrina convertere. Quod ad numerum illorum attinet, ille modo

Abstinentiam indicat. II. 913. a. 912. c. d.

Parare vestem. II. 912. d. IV. 278.

Victus inopiam. II. 714.

Fideliiores fore. 734. b.

Futuram esse. I. 62. d. 103. e. 292. a. b.

657. a. 865. b. 971. a. 1153. 1154. a. b.

d. 1155. a. c. d. 1158. c. d. e. 1159. a.

1215. a. b. 1295. d. e. 1532. III. part. II.

80. d.

Nequeat doctrina convertere. I. 1153.

AD CHRISTUM CONVERS. &c. 9

do dicit, id facturos Judæos, Judæam, judaicum populum, plebem judaicam, israelitas, israeliticum populum: modo gentis nomini addit aliquid, loquens de ejus reliquiis, de omnibus Judæis, quos tunc ecclesia invenerit, de Israelitis omnibus. Restrictior modo est ejus adfirmatio, dicentis: fore, ut ipsi ubertim amplectantur Christum; multos ex his, qui ex Judæis in pertinaci fidei vacuitate remanserint, ad veritatem redituros.

§. VII.

De tempore, quo Israel se Messiae additurus sit, hæc est Gregorii sententia: id fore

- Id facturos Judæos.* 1158. c. 1294. 1295. e.
Judæam. 292. a. 1295. b. e.
Judaicum populum. 659. c. 971. a.
Plebem judaicam. 292. b. 659. e.
Israelitas. 1158. d.
Israeliticum populum. 1158. c. 1159. a.
De ejus reliquiis. 62. c. 1158. e. 103. e.
Ecclesia invenerit. 103. e. 1153. 1154. a.
Israelitis omnibus. 1155. c.
Ubertim. 292. b. 1295. d. collat. 1159. a.

fore sero, extremo tempore, sub finem mundi, appropinquante die iudicii, repletis fide gentibus, ævo antichristi, ingruente Domini ira.

§. II X.

Quibus administris, subsidiisque tanta gentis efficietur mutatio, ex eodem audiamus. Putat, fore, ut vel præcursoris voce, vel quibusdam erumpentibus signis, ipsa quodammodo advenientis Domini virtus interluceat: Deum judæis daturum prædicatores;

radi.

Sero 1215. a.

Extremo Tempore. 292. a. 659. e. 865. b.

1155. c. 1215. 1295. b.

Finem mundi. 62. c. 103. e. 1153. 1154.

a. d. 1155. c. 1159. a. 1294. d. 1532.

d.

Die iudicii. 1158. c.

Repletis fide. 971. a. 1153. 1295. a. III.

part. II. 80. d.

Ævo antichristi. I. 1158. d. 1295. a. b.

Domini ira. 1158. e.

Præcursoris voce. 1158. c.

Prædicatores. 292. a. III. part. II. 80. d.

AD CHRISTUM CONVERS. &c. 11

radios astrorum spiritualium coruscaturus. Existimat, duos eximios prædicatores, a Zacharia olivarum, & in apocalypsi candellabrorum nomine insignitos, Henochum, magnumque Eliam, qui olim, dilata morte, subtracti fuerint, revocatos venturos, & prædicaturus. Christus ipse, ut opinio Gregorii est, gentis suæ reliquiis modo conspicuo apparerebit.

§. IX.

Hac judaici populi ad Christum translatione Deus ecclesiæ dolorem solabitur, ac

- Radios astrorum.* I. 292. a.
Eximios prædicatores. ibid.
Olivarum & in. 292. b. 1295. d.
Henochum magnumque Eliam. 292. b. 1153.
1155. C. 1158. c. e. 1295. d. e.
Dilata morte. 292. a.
Revocatos venturos. ibid. 1158. c.
Prædicaturus. 1153. 1155. C. 1158. C.
D. 1295. d. e.
Modo conspicuo. 62. c.
Ecclesiæ dolorem. 1155. a. 1159. a.

12 GREGORII M. DE JUDÆORUM

ei eximium præbebit convivium. Subjecti
Messiæ Israelitæ, censente Gregorio, veris
sacerdotibus sociari cupient, & nunciabunt do-
ctrinam Christi, ut alios quoque ad ipsum
convertant. Tribules & alienigenæ, in per-
tinaci fidei manentes vacuitate, illos, rejecta
doctrina, crudelissimis torquebunt vexatio-
nibus, quibus tolerandis ipsi Christum, amo-
re eius ducti, imitabuntur.

§. X.

Retulit Gregorius ad spem suam, di-
ctumque Judæorum conversionis modum, locos
eos Geneleos, prioris Regum libri, Jobi,
Psal.

Præbebit convivium. I. 1155. C. 1158. C.
sacerdotibus sociari. III. part. II. 81. b.

Nunciabunt doctrinam. I. 1295. b. III.
part. II. 80. d. e. 81. a.

Torquebunt vexationibus. I. 1295. a. b. c.
III. part. II. 80. e. 81. a. d.

Geneleos. XXVII. 40. tom. I. 1215.

Regum libri. II. 33. tom. III. part. II. 80.

Jobi. cap. I. 21. tom. I. 62. c. cap. IX. 7.
tom. I. 291. c. cap. XXXVI. 32. tom.

I. 865.

AD CHRISTUM CONVERS. &c. 13

Pſalmorum, Jefaia, Ezechielis, Zachariae,
Malachiae, Matthaei, Marci, Johannis, ſcri-
ptae Romanis epistolae, apocalypſeos.

I. 865. b. cap. XXXIX. 41. tom. I. 971.

a. cap. XLII. 11. tom. I. 1153. 1154.

a. 1158. c. 1159. a. v. 12. tom. I.
1158. c.

Pſalmorum. XLIV. 13. tom. I. 1158. c.

pfal. XCI. 15. tom. I. 1158. c.

Jefaia. X. 21. tom. I. 1159. v. 22. tom. I.

62. c. 292. a. 865. b. 1294. e.

Ezechielis. III. 24-27. tom. I. 1294. D.

Zachariae. III. 1, 2. tom. I. 659. e. cap. IV.

3. tom. I. 1295. d.

Malachiae. IV. 5. tom. I. 1295. d.

Matthaei. XVII. 11. tom. I. 292. b. 1153.

1295. d.

Marci. IX. 12. tom. I. 1295. d.

Johannis. XX. 8.

Epistolae, romanis scriptae. IX. 27. tom. I.

62. c. 1294. e. cap. XI. 25. 26. tom.

I. 62. c. 292. a. 1153. 1215. 1532.

Apocalypſeos. XI. 2. tom. I. 1295. a. v. 4.

tom. I. 292. b. 1295. d.

Appendix

ex Gregorii M. Epistolis; videlicet libri I.
epist. X. & XLVII.

I. Gregorius Baccanda & Agnello, episcopus.

Supplicaverunt nobis Hebræi, Tarracinæ de-
gentes, ut locum, quem Synagoga hæc-
nus habuerunt, eum illis nostra quoque au-
toritate esset habendi licentia. Sed quia per-
venit ad nos, quod locus ipse sic vicinus esset
Ecclesiæ, ut etiam ad eam vox psallentium
perveniret: scripsimus fratri & coepiscopo
nostro Petro, ut, si ita esset, ut vox de eodem
loco in Ecclesia resonaret, Judæorum cele-
brationibus privareretur. Itaque fraternitas ve-
stra cum superscripto fratre & coepiscopo
nostro locum ipsum diligenter inspiciat: &
si ita est, ut aliquid vobis Ecclesiæ visum fae-
rit obfuisse, alium locum intra ipsum castel-
lum prævidete, ubi præfati Hebræi conve-
niant, quo possint suas sine impedimento ce-
rimonias celebrare. Talem vero fraternitas
vestra locum prævideat, si hoc fuerint loco
privati, ut nulla exinde in futuro querela nasca-
tur. Prædictos vero Hebræos gravari, vel
affigi contra ordinem rationis prohibemus:
sed, sicut Romanis vivere legibus permittun-
tur, annuente justitia, actus suos, ut norunt,
nullo

"nullo impediēte, disponant: eis tamen Chri-
 "stiana mancipia habere non liceat.

II. *Gregorius Virgilio Arelatensi, & Theo-
 doro, episcopo Massilie Galliarum.*

"Scribendi ad fraternitatem vestram, reddē-
 "dique debitæ salutationis alloquium, li-
 "cet nulla congrui temporis vel personarum
 "esset occasio: actum est, ut uno in tempore
 "& quæ decebant de dilectione proximitatis
 "fraternæ persolverem, & quorundam queri-
 "moniam, quæ ad nos perlata est, quomodo
 "errantium animæ salvandæ sint, non tacerem.
 "Plurimi siquidem Judaicæ religionis viri, in
 "hac provincia commanentes, ac subinde in
 "Massiliæ partes pro diversis negotiis ambu-
 "lantes, ad nostram perduxere notitiam, mul-
 "tos consistentium in illis partibus Judæorum
 "vi magis ad fontem baptismatis, quam prædi-
 "catione, perductos. Nam intentionem qui-
 "dem hujuscemodi & laude dignam censeo, &
 "de Domini nostri dilectione descendere pro-
 "fiteor. Sed hanc eandem intentionem, nisi
 "competens Scripturæ sacræ comitetur esse-
 "ctus, timeo ne aut mercedis opus exinde non
 "proveniat, aut juxta aliquid, animarum, quas
 "eripi volumus, quod absit, dispendia subse-
 "quantur. Dum enim quispiam ad baptismatis
 "fontem non prædicationis suavitate, sed
 "necessitate, pervenerit, ad pristinam supersti-
 "tionem

tionem remeans, inde deterius moritur, unde
 de renatus esse videbatur. Fraternitas ergo
 vestra hnjusmodi homines frequenti prædi-
 catione provocet : quatenus mutare veterem
 vitam magis de doctoris suavitate desiderent.
 Sic enim & intentio nostra recte perficitur;
 & conversi animus ad priorem denuo vomitum
 non mutatur. Adhibendus ergo est illis
 sermo, qui & errorum in ipsis spinas ure-
 re debeat, & prædicando, quod in his tene-
 bræscit, illuminet ; ut pro his admonitione
 frequenti mercedem fraternitas vestra capiat,
 & eos, quantum Deus donaverit, ad
 novæ regenerationem vitæ perducatur.

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * * *

* * * *

* * *

*


Je 2605

S

WD 18

h. c.







GREGORII M.
DE
JUDÆORUM
AD
CHRISTUM CONVERSIONE
DOCTRINÆ
HISTORIA.

COLLEGIT AC EDIDIT
D. JO. HENR. CALLENBERG
Theol. & Phil. Prof. Ord.

H A L Æ
In Typographia Institutū Judaicū
MDCCXXXIX.

